

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546628> | LOG_0121

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT SEPTIMUM.

VII. HOOFSTUK.

*Canarium Decumanum. Canari Besar.**De grootste Canari-Boom.*

Maximam Canarii speciem, tam quoad arborem quam fructus, jam describemus: Hæc enim arbor altissima & omnium vastissima est, quæ in hisce occurrit infulis, estque adeo crassa, ut quatuor vel quinque viri vix eam amplecti possint. Inque trunci inferiore parte quam maxime extensa, latisque alis aucta est, erecta porro est instar altissimi Mali, sine lateralibus ramis usque in verticem, ubi quam latissime illos extendit, unde adscensum recusat. Ejus cortex est glaber, albicans vel cinereus. Rami ejus sunt fragiles, intusque repleti sunt ampla & fungosa medulla: In horum summo longæ locantur foliorum rachides plurimæ simul, uti in reliquis Canarii speciebus, lanugine molli & ruffa, uti & ramorum extremitates, obfita. Hæ rachides sunt longæ & firmæ, inque iis foliorum paria sex utcunque locantur opposita, brevissimis vel fere nullis innixa pedunculis seu sessilia fere, suntque paulo majora quam vulgaris Canarii, sed non ita scabra, inque parte inferiore omnino lanuginosa, novem ac decem pollices longa, quatuor vel quatuor cum dimidio lata, superius in brevem apicem acuminata, multis contexta costis transversalibus & parallelis, inferius ruffis pilis obfita, lætius viridia quam vulgaris Canarii, binaque inferiora semper sunt brevissima, in junioribus autem arboribus quatuordecim vel quindecim pollices sunt longa, quinque vel quinque cum dimidio lata, totique rami cum foliis sunt lanuginosi.

Flores me latent ob arboris altitudinem, sine dubio autem non multum different a vulgari magno Canario: Fructus magnitudinem habet formamque ovi Anserini, externe parum rugosus, ruffisque punctis notatus instar fructus Atun. Sub crasso & viscoso putamine ingens reconditur nux, tres circiter pollices longa, binos crassa, triplicis formæ, vulgarissimæ autem sunt triangulares, angulis protuberantibus quasi fimbriatæ, inter hos vero angulos latera externe sunt rugosa, multis striis seu areis excavata, ab utraque acuminatæ parte, sed non acute, aliæ in eadem arbore sunt quadratæ instar cistulæ, sed hæ raro occurrunt. Quæ tertiæ sunt formæ, rotundæ sunt, sine notabilibus angulis, rugosæ quoque, ab utrisque vero partibus parum acuminatæ, hæ peculiarem videntur constituere speciem seu varietatem, arboris enim hujus folia sunt quoque rotundiora & breviora: Primæ vero speciei plurimæ sunt fimbriatæ, sed non per totam longitudinem, sed tantum ad inferiorem & acutum angulum, reliqua pars undique rugosa est. Putamen crassissimum est, firmum, & quantum apparet, non facile confringendum, quod tamen aliter comperitur, si enim hæ nuces aquæ infusæ sint madidæ, folique exponantur, rimas plurimas agunt, quæ iterum sese contrahunt & quasi claudunt, si nux sit sicca: Magis autem mirandum est, si nux hæc, quæ videtur ossæa, mensæ inposita cultro vulgari in ejus centro incidatur, primo ictu hic penetrat, ac putamen ejus instar vitri diffilit.

Nuces trigonæ & rotundæ intus tres gerunt cellulas, quadratæ vero quatuor, sed unus tantum in his reperitur nucleus, raro bini, cæteraque intermedia pars vacua est: Hic autem nucleus est ut vulgaris Canarii, sed major & amplior, ac crassiore pellicula tectus, quæ ad ejus latus verrucâ putamini parum adhæret, saporem vero habet magis oleosum quam vulgare Canarium, instar siccarum Nucum Juglandum, ferisque montium incolis edulis est, a litoreis vero incolis, qui meliora habent Canaria, non æstimatur, quum ruffa ejus pellicula a nucleo vix separari possit: Si fructus hi aliquamdiu ferventur, nec putamina ipsorum auferantur, incipientque putrescere, emittunt succum ita viscosum, omnibus adhærentem rebus, ut tractari nequeant.

Ex arboris trunco lenta quoque & viscosa effluit refina, quæ, si recens, intractabilis est, exsiccat vero in claram & pellucidam refinam fere instar Gummi Arabici, atque hoc gummi quibusdam in locis magis flavescit, quam Succinum, & undique tuberculo-

Het aldergrootste geslagt van de Canaris, zo aan boom als aan vruchten, zullen wy nu beschryven. Den boom is van de aldergrootste en hoogste in deze Eilanden, zo dik, dat hem vier a vyf mannen qualyk omvaden kunnen, beneden met een groote stoel, of breede vlerken, en voorts opgeregt, als een hooge mast, zonder takken, tot aan de kruin, daar by dezelve zeer wyd uitspreid, en is dierbalven niet te beklimmen. De schorsse is effen, witachtig, of licht-graauw. De takken zyn bros, en hebben van binnen een groot en woos merg: Aan 't voorste der zelve staan de lange ryskens veel by malkander, gelyk aan de andere Canaris, met een zachte en rood-geele dons, gelyk ook de einden der takken bekleed zyn. De ryskens zyn lang en styf, en aan dezelve staan de bladeren gemeenelyk by zes paren tegen malkanderen, op zeer korte en schier geene steelen. Zy zyn ruim zo groot als aan de gemeene Canary, doch zo styf niet, en aan de onderste zyde gantsch wolachtig, 9. en 10. duimen lank, vier en vier en een halve breed, van vooren schielyk toegespitst, met veele evenwydige daversribben, van onderen met roffe hairen bekleed, licht-groen dan de gemeene Canary, en de twee achterste zyn altyd de kortste, maar aan de jonge boomen zynze wel veertien en vyftien duimen lank, vyf en een half breed, en de gebeele takken met bladeren, en al zeer wolachtig.

Het bloetzel is onbekend wegens de hoogte der boomen, doch 't zal buiten twyffel niet veel verschillen van de gemeene groote Canary. De vrucht is in grootte en gedaante van een Ganzen-Ey, van buiten wat ruig, en met roffe puntjes bezet, gelyk de vrucht Atun. Onder de dikke en lymachtige bolster leid een groote noot, omtrent drie duimen lank, en twee dik, van drierlei gedaante, want de gemeenste zyn driezydig, met uitsteekende kanten, als gezoomt, maar tusschen de kanten zyn de zyden van buiten rimpelig, met veele streepen of vooren uitgegraveert, achter en voren toegespitst, doch niet scherp, andere aan dezelve boom zyn vierkant, als een doosje, doch deze vind men weinig. Die van de derde gedaante zyn rond, zonder merkelyke kanten, mede gerimpelt, en aan beide de einden een weinig toegespitst, deze schynen een byzondere soorte op zig zelfs te maken, want de bladeren van baren boom zyn ook wat ronder en korter. Van de eerste soorte zyn de meeste ook niet doorgaans gezoomt na de lengte, maar alleen by den achtersten of scherpfsten boek. De rest is rondom vol rimpelen. De schaal is zeer dik, maffix, en na den schyn qualyk te breeken, het welk men echter anders bevind, want als men de nooten nat maakt en in de Zonne legt, zo werdze vol scheuren, die echter weder sluiten, als menze wederom droogt. Nog wonderlyker is het, als men deze na den schyn steen-barde noot, op een tafel legt, en met een gemeen mes regt in de midden daar opslaat, zo kapt menze met den eersten slag midden door, springende de schaal als glas van malkander.

Binnen hebben de driekantige en ronde drie celletjes, de vierkantige vier, doch men vind 'er maar een beest in, zelden twee, en de rest staat ledig, de beest is als aan de gemeene Canary, doch grooter, breeder, met een dikker velletje bekleet, welke ter zyden met een wratte een weinig aan de schaal vast kleeft, van smaak wat Olyachtiger dan de gemeene, en als oude Wal-nooten, en is by de wilde Berg-woonders eetbaar, maar by de strand-woonders, die beter Canaris hebben, worden ze niet geacht, om dat men 't bruine velletje qualyk van de beest kan afschillen. Als men de vruchten een tyd lank bewaart, zonder de bolster afte nemen, en dezelve begint te rotten, zo komt 'er een zodanige lymachtige zap uit, over al aanheevende, dat menze qualyk bandelen kan.

Uit den stam vloedt insgelyks een taai en lymachtig bers, vers zynde, niet om te handelen, maar besterft in een klaar en meest doorschynend bers, bykans als Gummi Arabicum. Op sommige plekken geelder als Bernsteen, rondom vol scheutjes, waar aan men deze Gom van andere

sum est, unde facile ab aliis distinguitur, plurima autem ejus pars est impura, ad viridem vel nigricantem accedens colorem, quum per arborem destillans sese cum cortice aliisque foliis foedibus commiscet, quod tamen facibus optime interservit. Pellucida vero ejus frusta referunt Amboinensium Dammaram Batu, sed non ita pellucida sunt, nec ita eleganter flava, at magis viridia instar vitri, sed lentiora, nec ita in ramenta dissilientia, uti Dammara Batu, hujus quoque Dammara frusta, licet sint sicca, sibi invicem tamen adherent, si per aliquot tempus sibi fuerint inposita, quod in reliqua Dammara non observatur. Carbonibus hæc inposita ingratus spirat odorem, immo fere foetentem, nihilominus tamen ab incolis ad facies adhibetur. Stridorem vero magis dat, si igni injecta fuerit, quam Dammara Selan, inque aqua tepida mollescit, seu liquida fit, argumento, hanc substantiam gummosam magis & aquosam esse naturam, quam reliquæ resinæ.

Trunci lignum est album, molle, leve, nec durabile, medulla fungosa repletum, satisque senescit, sed ob fragilitatem a fortioribus ventis facile prope radices confractum dispergitur.

Anni tempus. Fructus maturefcunt mensibus occidentilibus, qui in insulis ad Hesperum fitis sunt mensibus pluviosis, tumque nulla Dammara in arboribus reperitur, sed in mensibus Orientalibus, quum ibi sit anni tempus siccum, arboresque flores incipiant producere: Homines has non colunt, quæ nec crescunt circa hominum aëdes, sed in altis tantum montibus, in magnis insulis.

Nomen. Latine *Canarium Decumanum*. Malaice *Canari Bessaar* & *Canari Xula*. Ternatice *Nia*, *Haffu Haffu Xula*, & solummodo *Haffu*, horumque longiores fructus dicuntur *Haffu Gogira*, rotundi vero *Haffu Boppolulo*. Amboinice in Boero *Yar* vel *Yal Amin*, & circa Tomahou *Cami*. Ejus resina vocatur *Dammara Amin*, & *Camal Amin*.

Locus. In Amboina hæc Dammara ignota est, sed plurima invenitur in insulis Xulassensibus, & Moluccis in Gelolo, Boero, magnaue Cerama, sed non frequenter, ut & minori copia in Boetona, Celebes ora Orientali, in locis autem ad Hesperum maxime fitis est ignota, ut & in omnibus horum parvis insulis: Facile autem hæc arbor propaganda est, sæpius enim ejus nucs hic in Amboina in meum abjeci hortum, quarum plurimæ, quæ terram tangerent, radices egerant ac progerminarant, uti & hinc inde quædam etiam inveniuntur arbores, tali propagatæ modo.

Ejus nuclei in maris litore occurrunt per mare ejecti, eleganter depurati, & cinerei, sed hi non progerminant, qui sine dubio a magnis fluviis in majoribus insulis sunt abrepti, inque mare adducti, ubi diu fluctuantes tandem in litus ejiciuntur.

Ufus. Arbor ipsa nullum fere præbet usum, excepta ejus resina seu Dammara, ac primo quidem apud Xulanenses & Boeroneses, ad facies adhibetur, fumiturque hæc Dammara impura, uti naturaliter est, quæ commiscetur cum pulvere contritæ terræ vel cineris, quæ simul Gomuto foliis obvolvuntur in formam facum: Cinis ac terra huic miscetur, ut continuo ardeat, minusque strideat. Secundo a Ternatensibus usurpatur ad obliniendâ navigia, coquiturque mixta cum Oleo Calappi & Santang, uti supra de Dammara nigra fuit dictum, hæc autem Dammara difficiliorem præbet coctionem, quum inter coquendum vehementer intumescat, sæpiusque supra vas sese elevet, ita ut vix retineri possit, unde lento coquenda est igne, sensimque Oleum ipsi infundendum est.

Quidam montani Xulanenses ejus comedunt nucleos, uti reliquos Canarios, licet, uti dictum fuit, vix decorticari possint, & Cephalalgiam caussent iis, qui non adfuerint sunt: Alphorenses Ceramæ ex iis Baguapanem coquunt, sed plurimum circa sinum Cauwenfem. Quidam maritimi harum insularum incolæ putamen magni Canarii supra porphyritum cum aqua conterunt, obliniuntque hæc tritura oculis contra illorum dolorem & ardorem, quem ex solis æstu contrahunt. Omne armorum genus, quod manubria habet, hæc Dammara firmatur, hæcque prius contunditur, confusa replentur cava manubriorum, tum

dere onderscheiden kan, de meeste is vuil, na den groenen en swarten trekkende, om datze van den boom afschruipende, zig met de schorsse en vuilgheid van den grond vermengt, 't welk echter tot de toortzen bequaamt is. De klare stukken gelyken ook wel de Amboinschen Dammara-Batu, maar zyn zo schoon geel en doorschynend niet, groenachtig als glas, taayer, en nooit zo kort afbreekende gelyk Dammara-Batu, ook de stukken van deze Dammara, al zynze droog, kleven echter aan malkander, alsze een tyd lank op malkander leggen, 't welk andere Dammara niet doet. Op koolen geeftze een onlieffelyken en bykans stinkende reuk van haar, niet te min wordze by de Inlanders tot het branden van toortzen gebruikt. Zy knerft meer op de koolen, dan de Dammara-Selan, en laat zig in warm water week maaken, tot bewys, datze meer van Gomachtige en waterachtige natuur is, dan andere berffen.

Het hout van den stam is wit, week, licht, en niet durabel, met een voos bert, en komt wel tot eenige ouderdom, maar word wegens zyne brosheid door de sterke winden by de wortels dikwils afgebrooken.

Saysoen. De vruchten werden ryp in de West-Mousson, 't welk in de Westersche Eilanden de regen-maanden zyn, en aldus vind men geen Dammara aan de boomen, maar wel in de Oost-Mousson, wanneer 't aldaar droog weer is, en de boomen beginnen te bloeyen. De menschen bavenen deze boomen niet, gelykze ook niet wasschen omtrent de wooningen der menschen, maar in 't booge geberte, en op groote Eilanden.

Naam. In 't Latyn *Canarium Decumanum*, in 't Maleys *Canari Bessaar*, en *Canari Xula*, op Ternaats *Nia*, *Haffu Haffu Xula*, en slegts *Haffu*, waar vanze de langen noemen *Haffu Gogira*, en de ronde *Haffu Boppolulo*. Amboins op Boero *Yar* of *Yal Amin*, en omtrent Tomahou *Cami*. Het bers daar van werd genaamt *Dammara Amin*, en *Camal Amin*.

Plaats. In Amboina is deze Dammara onbekent, maar men vindze meest in de Xulaasche Eilanden, in de Moluccos op Gelolo, op Boero, en groot Ceram, doch niet overvloedig, en voorts zo wat op Boeton, en Celebes Oost-kust, in de Westelyker plaatzen isze onbekent, gelyk mede op alle kleine Eilanden hier omtrent, zy is echter lichtelyk voort te planten, want ik hebbe de nooten hier in Amboina dikwils in de Thuin weg gesmeeten, waar van de meeste, die de grond raakten, uitgeschooten waren, gelyk men hier en daar nog eenige boomen vind, op die manier voortgeteelt.

De korrels vind men hier en daar langs de strandt door de Zee uitgesmeeten, fraai gezuivert, en regt graauw, maar die komen niet op; zynde buiten twyffel door de Rivieren op groote Eilanden afgespoeld, en in Zee gevoert, daarze dan lang gedreven hebben, tot datze tegens deze kust aankomen.

Gebruik. Van deze boom is bykans niets in gebruik, dan 't bers of Dammara, eerstelyk by de Xulanesen en Boeroesen tot 't branden, nemende deze Dammara zo vuil alsze is, en mengen daar nog meer stof van klein gewreven aarde of asche onder, en winden het t'samen in bladeren van Gomuto, tot de gedaante van een toortze: De stof of asche werd daar onder gedaan, om dat het te stadiger brande, en min knerfse. Ten tweeden wordze meest by de Ternatansen gebruikt, tot het pikken der vaartuigen, met Calappus-Oly en Santang gemengt en opgekookt, gelyk boven van de Dammara-Nigra gezegt is, maar deze Dammara valt vry wat moeyelyker op te kookken, om datze aan 't kookken komende zo magtig opsweld en overloopt, dat menze qualyk in de vaten kan houden, daarom menze met een lankzaam vuur moet kookken, en de Oly allenskens ingieten.

Zommige Berg-woonders van Xula eeten de korrels ook, gelyk andere Canaris, hoewelze, als gezegt, moeyelyk te schellen zyn, en hoest-pyn veroorzaaken by die geene, dieze niet gewend zyn, de Alpboerezen van Ceram maken haer Bagéa-brood daar van, doch meest omtrent de bocht van Cauwa. Zommige Inlandsche Zee-lieden vryen de schaal van de groote Canary met water op een steen, en besmeeren daar mede haer oogen tegens de pyne en brant, die zy van de bitte der Zonne krygen. Alderbande geweer, dat in de begten en steelen moet staan, maakt men met deze Dammara vast, stootende eerst de Dammara, en strooyende dezelve in gaten van de begten, daar na maakt men

tum arma prope conceptacula calefaciunt, quæ manubriis intruduntur, unde Dammara hæc liquefacta illa continet, quum sit admodum tenax, huicque operi quam aptissima.

Contra tonsillas tumentes ac inflammatas usurpantur horum Canariorum putamina, cum aceto contrita in pulvem tenuem, quæ externe illinitur, cumque pauxillo aquæ mixta pro gargarismate inservit.

Tabula Quinquagesima Quinta

Ramum exhibet *Canarii Decumani*, quod *Canary Besaar* vocatur, ubi Litt. A. ejus fructum majori forma expressum denotat.

B. Fructum dissectum ficit, ut tria ejus officula seminalia in cellulis trigonis locata conspiciantur.

men 't geweer by de steel warm, en stoot 't daar in, zynde deze Dammar tot dit werk alderbequaamst, om datze zo vasthoud.

Tegen gefwolle Amandelen neemt de sbaale van deze Canaris, wryftze met Azyn tot een dun papje, en smeert bet van buiten op, doet ook wat water daar by, en gorgelt daar mede.

De vyf-en-vyftigste Plaat

Vertoont een Tak van de grootste Canari, die de *Canary Besaar* genaamt wert, alwaar door de Litt. A. een vrucht in grooter gedaante vertoont wert.

B. Dezelve geopent, op dat deszelfs drie vakken, waar in de Zaat-korrels leggen, vertoont werden.

CAPUT OCTAVUM.

Dammara Selanica: Dammar Selan.

Hæc vulgatissimam ac usitatissimam per totam a-quosam Indiam præbet resinam, atque a nostra natione pro Indica Colophonia habetur, & nominatur, arbor vero ejus nostro populo fere ignota est, quum in magnis insulis a mari & litore remotis crescat; Dividitur autem in marem & feminam, forma trunci & foliorum non multum differens, sed utramque peculiariter describemus.

Dammara itaque Selan seu mas dicta, arbor est crassa & alta, plerumque erecta, aliquando autem incurva, corticem gerit crassum, ruffum, plerumque rugosum & fissum, in junioribus vero arboribus æqualem: Rami ejus sunt ampli & extensi, comam constituentes levem & irregularem, paucas enim rachides gerunt hi rami, inque iis folia sunt rara, plurimumque perforata ac lacera, ita ut arbor hæc conspectum præbeat ingratum ac deformatum.

Hic mas folia gerit *Cananga*, vel paulo majora, tenuia, sicca, & tremula, obscure viridia, superius glabra, inferius rugosa, a quinque ad octo pollices longa, binos, binosve cum dimidio lata, obtuse desinentia, cum levi tamen apice, multis costis parallelis ac transversalibus pertexta. Alternata hæc locantur in longis rachidibus, quæ lanuginosæ parum sunt, atque sex septemve folia in uno illarum latere inveniuntur. Ramorum cortex ex nigro fuscus est, plurimis notatus punctulis, sunt autem multo graviiores & solidiores quam in *Cananga*, inque genicula quasi divisi sunt hi rami.

Flores ex alis superiorum foliorum ut & ad ramorum extremum progerminant in racemis spithamam longis, inque breves laterales ramulos divisis, qui non sunt uniformes, vel æqualis longitudinis. In his primo apparent capitula acuta & flavescencia, quæ sese aperiunt in flosculos ex quinque angustis & flavescens petalis, apices referentibus, formatos, atque hi calici insident, qui in superiore ejus parte cistam quasi format, cui insiguntur quinque stamina instar angustorum petalorum, quæ occludunt capitulum quoddam subrotundum, post primi hujus floris lapsum ex cista ista alter omnino prodit flos, atque ex hoc verus fructus. Flos autem hic componitur ex tribus angustis petalis, digitum minorem circiter longis & latis, inferius angustis, superius latis, instar spathæ Chirurgorum, estque primo purpurascens & lanuginosus, dein autem fuscus marcescit, per longitudinem striatus, plurimis autem venis lateralibus rugosus: Inter hæc petala bina insuper, raro autem tria alia inveniuntur instar linguæ formata, quæ in ipsorum centro nucem continent parvam, instar dimidiæ nucis avellanæ, ab inferiore parte latam, superius vero cito acuminatam cum oblongo apice.

Sub fragili putamine viridis ac pinguis reconditur nucleus amaricans, saporis adstringentis, plurimæ autem nucs sunt corruptæ & inutiles cibo.

Notandum vero est genuinis hisce floribus spurios quasi præcedere flores, quam diu nempe arbores sint junio-

VIII. HOOFSTUK.

De Dammar Selan-Boom.

It is bet gemeenste en gebruikelykste bers door gants Water-Indiën, en word by onze Natie voor Indisch Harpuys gebouden en genaamt, doch de boomen zyn ons volk meest onbekent, om datze op groote Eilanden wat verre van strand wasschen. Zy zyn verdeelt in Manneken en Wyfken, in fatzoen van stam en bladeren niet veel van malkander verschillende, doch wy zullen ieder in 't byzonder beschryven.

Eerstelyk, Dammar Selan bet Manneken, zyn boom is dik en hoog, meest regt, en zomtyds wat bochtig, de schorsse dik, ros, doorgaans ruig en gescheurt, doch aan de jonge boomen effen. De takken wyd, met een ydele onfatzoenlyke kruin, want men ziet weenige ryskens aan de takken, en daar aan de bladeren ieder of meest doorwreeten, zo dat bet een lelyke boom van aanzien is.

Het Manneken heeft bladeren als die van *Cananga*, of wel zo groot, dun, droog, en rammelende, doods-groen, boven glad, en onder ruig, van vyf tot acht duimen lank, twee en twee en een half breed, van vooren stomp, met een korte spitze, en veele evenwydige dwers-ribben. Zystaan verwisselt tegens malkander aan lange ryskens, die wat wolachtig zyn, met zes of zeven bladeren aan eene zyde. De schorsse aan de takken is swart-bruin, met veele puntjes bezet, en zyn veel swaarder en styver dan die van *Cananga*, gelyk als in leeden verdeelt.

Het bloeizel komt uit den schoot der voorste bladeren, en bet einde der takken zelfs voort, een span lank, en in korte zyde-takjes verdeelt, dewelke niet eenparig van stand en lengte zyn. Hier aan ziet men eerst spitze en geelachtige knopjes, dewelke veranderen in kleine bloemkens, van vyf smalle en bleek-geele blaadjes, of veel meer spitzen, dewelke een voetje maken, dragende boven op een kelkje of potje, daar in men vyf andere draadjes of smalle bladeren ziet, verbergende een klein knopje, als een spelde-hoofd. Na bet afvallen van dit eerste bloeizel komt uit bet voornoemde potje een geheele andere bloem, en de regte vrucht voort. Deze bloem is gemaakt van drie smalle blaadjes, omtrent een pink lank en breed, achter smal, en vooren breed, gelyk een Chirurghyns spadel, eerst bruinrood, en wolachtig, maar besterft vaal, in de lengte geribt, en met veele dwers-adertjes gerimpelt, daar tusschen staan nog twee, en zelden drie andere blaadjes, mede als tongskens geformeert, en besluiten in de midden een klein nootken, als een halve Hasel-noot, onder breed, en schielik toegespitst, met een lankachtig spitsken boven op.

Onder een breekbare sbaal leid een groenachtige en vette beeft, bitterachtig, en t'zamentrekkende van smaak, doch de meeste nootjens zyn wrang, en onbequaam te eten.

Zo staat ook te merken, dat voor dit regte nog een ander valsche bloeizel voorgaat, zo lang de boomen jong zyn, want



juniores, in summa enim rachidis parte tales quasi racemi oriuntur, plurima gerentes parva squamosa petala seu foliola, quæ tanquam flosculi apparent, sed dein degenerant in rachides & folia: Talem colui arborem usque in annum decimum sextum, talesque racemos tanquam veros habui flores, sed hisce nihil aliud umquam subsequeretur nisi folia, donec tandem descripti ac veri prodirent flores.

Trunci lignum viride ruffescit, sed fuscum est fuscum instar Sideroxyli, cui etiam simile est duritie & pondere suo, fibris autem constat crassioribus, minusque durabile est, nec ita nitide potest poliri, substantia enim ejus est adeo crassa, ut hinc inde in ligno hoc venæ appareant crassæ resina alba repleta, quæ inter elaborationem ligni decidit, asseresque inæquales foraminibusque excavatos reddit. Cæterum ex hisce truncis nulla vel pauca admodum exstillat resina, nec nisi in summa ipsorum senectute, quæ alba est & friabilis, neque colligitur.

Femina truncum gerit rugosior, comamque densiorem, folia autem ejusdem sunt formæ, sed majora & quoque alternata, sex octavo in uno latere, quorum inferiora & superiora sunt brevissima, sex & octo pollices longa, media autem novem & decem, palmam vero lata sunt, brevibus crassisque infidentia petiolis, plurimis quoque transversalibus & parallelis costis pertexta, inferius rugosa, sed non ita quam maris, suntque magis flaccida, sed quoque exesa, colorem habent pallide viridem, sique tractantur vel moventur, crepitant.

In junioribus arboribus novem vel decem folia in una rachidis parte locantur, suntque magis lanuginosa quam in vetustis: In ramulorum extremo itidem ac primo in junioribus arboribus apparent foliola quædam racematim congesta ac squamosa, quæ male pro floribus habentur, talia quoque ex foliorum alis progerminant. Hisce autem veri subsequuntur flores ejusdem formæ ac maris, sed paulo majores, atque his iterum alter flos ejusdem cum descripto formæ, sed major, magisque *Canangæ* florem referens, ex tribus magnis formatus petalis spathæformibus, in vero triangulo positus, magisque extensus quam in *Cananga*, suntque magis scabra, & colorem pallidiorem gerentia, ex gilvo nempe & viridi mixtum, venosa porro sunt & rugosa, & uti supra notatum est, binis tribusve intermediis angustioribus linguæformibus petalis donata; Flores hi sunt racemosi uti in *Cananga*, cujus odorem etiam, sed debiliorem spirant: In horum centro fructus formatur Nucem avellanam referens leviter acuminatam, cujus putamen tenuius est, continetque nucleum mollem cinereum, ingrati magis saporis quam *Canarii*, quique teredine crasso & pingui plerumque perforatus est. Flos circa hanc nucem diu emarcidus dependet, plurimumque cum immatura simul decidit, nuces autem hæ, si sint maturæ, solæ decidunt, & apris cibo sunt.

Femina lignum non ita fuscum ac durum est quam maris, multoque levius est, fungosius, & ædificiis inutile: Ex his autem truncis summam adsequentibus senectutem, licet non lædantur, sponte effluit copiosa flavescens resina ubique ex rimis & fissuris corticis exsudans, quæ magna etiam reperitur quantitate inter ipsum corticem & lignum, immo in ipso etiam ligno crassis contenta venis, ita ut nulla mihi sit nota arbor, quæ tanta copia resinam exhibeat, rami enim sæpe in hac observantur arbore, ex mera quasi resina constantes ad trium quatuorve pedum longitudinem, hujusque coni cruris habent crassitiem, vulgare enim est, si coni ex ramis dependentes brachii crassitiem habeant, atque ego ex *Xula* frusta hujus resinæ accepi, quæ artificialem referebant scopulum: Resina hæc (quæ communi vocabulo *Dammara* dicitur) mox indurefcit, quamprimum ex arbore exsudat, estque in quibusdam arboribus flava, in quibusdam obscure viridis seu nigricans, in aliis partibus semi-pellucida, adeoque similis crudo nec depurato Succino, ut vix distingui possit, præsertim quædam ejus segmenta, quæ pellucida, elegantisque & ita intense lutei sunt coloris, uti optimum Succinum, hæc autem *Dammara* plerumque fragilior est, quæque est ex junioribus arboribus, friabilis; E contra occurrunt frusta seniorum arborum, quæ colorem habent *Colophonie*, quæ in fluvios decidentia, atque ab iis in mare abrepta per continuos ac diuturnos fluxus externe rugosa sunt,

Tom. II.

want aan 't uiterste der ryskens koomen diergelyke trosfen voort, met veele kleine en schubachtige blaadjes, die men voor bloeizel zoude aanzien, doch veranderen in ryskens en bladeren. Ik heb zodanigen boom opgequeekt by de zestien jaren, en het zelve altyd voor het regte bloeizel aangezien, daar op telkens niets volgde, dan bladeren, tot dat eindelyk het voornoemde regte bloeizel voortquam.

Het hout van den stam groen zynde, is licht-ros, maar besterft bruin, als yser-hout, dat het ook aan hardigheid en swaarte wel gelykt, doch is veel grofdradiger, min durabel, en laat zig zo glad niet werken, want het is zo grof van substantie, dat men hier en daar in 't hout dikke aderen ziet van witten bers, 't welk in 't werken uitvallende, de planken oneffen, en met kuiltjes maakt: anderzints druip uit deze stammen geen of weinig bers, en dat in baren hoogen ouderdom, 't welk wit en bryzelig is, en niet vergadert werd.

Het Wyfken heeft een ruigere schorffe en dichter kruin, de bladeren zyn van dezelfde fatzoen, maar grooter, mede verwisselt tegens malkander staande, zes en acht op eene zyde, waar van de achterste en voorste de kortste zyn, zes en acht duimen lank, de middelste negen en tien, en een hand breed, op korte en dikke steeltjes staande, ook met veele evenwijdige dwers-ribben doorreegen, van onderen mede ruig, doch minder dan aan 't Manneken, en slapper, ook zeer doorvreeten, van een bleek-groene couleur, en in 't handelen rammelende.

